Pr... ... Stanislai: Quaestio metaphysica de accidentibus.



IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QUÆSTIO METAPHYSICA DE ACCIDENTIBUS

Ex 7. Lib: Metaphysicorum Aristotelis.

SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Reuerendissimi Domini,

D. M. JACOBI BALTAZAROWIC,

S. TH: DOCTORIS, ET PROFESSORIS, Inter Collegas Maiores Senioris Patris, Ecclesiarũ, Cathedralis Crac: CANONICI, Collegiatæ SS. Omnium PRÆPOSITI, Curati Prossouiensis, Contubernij Staringeliani PROVISORIS, Studij Almæ Vniuersitatis Cracouiensis, GENERALIS, & VIGILANTISSIMI RECTORIS.

A

M. IOANNE STANISLAO BALICKI,

Philosophiæ Doctore & Professore Collega Minore,

Pro Loco in Collegio Maiori obtinendo.

In Peraugusta Diui Iagellonis Aula PVBLICÈ ad DISPVTANDVM

PROPOSITA.

Anno Domini 1684. Die 30 Mensis Septembris Horâ 13

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

QUÆSTIO METAPHYSICA.

V. Accidentia propriam existentiam Accidentalem, illamq; ab existentia substantiæ distinctam habentia; & in suo esse formali per aptitudinalem inhærentiam constituta: indiuiduentur a suis subiectis & non a seipsis nec ne?

CONCLUSIO I.

Accidentia habent propriam existentiam Accidentalem.

COROLLARIA

I. *Existentia propria Accidentium est secundum quam dicuntur Accidentia existere, independenter ab existentia alterius.*

II. *Esto autem dicatur modus Accidentium existendi independenter ab existentia alterius; non dicit tamen modum existendi per se simpliciter.*

III. *Accidentia defacto existunt; & si non adsit vlla existentia Substantialis,*

IV. *Modus existendi substantiæ & modus existendi Accidentium, opponuntur sibi contradictorie.*

V, *Quamuis Accidentia sint vltimo completa intrinsece per propriam existentiam; ad huc tamen poterunt ordinari ad existentiam substantiæ.*

CONCLUSIO II.

Accidentia habent propriam existentiam, distinctam ab existentia substantiæ.

COROLLARIA

I. *Distinctio existentiæ Accidentium ab existentia substantiæ non est rationis ratiocinantis quæ est sine fundamento in re.*

II. *Immo neq; inter existentiam substantiæ & Accidentium distinctio rationis rationatæ cum fundamento in re, intercedit.*

III. *Existentia Accidentium, realiter distinguitur ab existentia substantiæ.*

IV. *Essentia Substantiæ & essentia Accidentis sunt duæ potentiæ realiter distinctæ in ordine ad existentiam, illam tanquam actum sibi correspondentem respicientes.*

V. *Licet Accidens gaudeat propriâ existentiâ realiter distincta ab existentia Substantiæ, est tamen Entis Ens & non Ens simpliciter.*

CONCLUSIO III:

ACcidentia constituuntur in suo esse formali per inhærentiam aptitudinalem.

COROLLARIA

I. *Actualis inhærentia non est essentia Accidentium; sed solum Accidens prædicamentale.*

II. *Si sermo sit de Accidentibus secundum naturam, illorum omnino requiruntur subiecta actu si verò respiciunt potentiam, possunt esse sine illis.*

III. *Accidentia Physice & secundum esse reale nequeunt intelligi sine inhærentia reali; bene tamen Mathematicè & secundum esse rationis.*

IV. *Inhærentia Accidentium licet sit respectus Accidentalis, non tamen est prædicamentalis.*

V. *Inhærentia aptitudinalis magis intrinseca est Accidenti, quam dependentia Creaturæ à Creatore.*

CONCLVSIO IV.

A Suis subiectis & non à seipsis, Accidentia indiuiduantur.

COROLLARIA.

I. *Accidentia indiuiduantur à ſuis ſubiectis illaq; tàm completa quàm intentionalia poteſt tamen quantitas, vt dicit ſitum determinatum, indiuiduari à ſe.*

II. *Indiuiduatio Accidentium à ſubiectis non eſt intelligenda intrinſecè ſed extrinſecè.*

III. *Accidentia, etiam indiuiduantur intrinſece ab ordine quem dicunt ad ſubiecta.*

IV. *Subiectum vt ſit principium indiuiduationis Accidentium debet ſumi non materialiter ſed formaliter.*

V. *Ad vnitatem indiuidualem cuiuslibet Accidentis, requiritur etiam vnitas temporis tanquam conditio ſine qua non.*

Soli DEO Honor & Gloria,
cum profundo cultu Latriæ.
Virgini autem DEIparæ immaculatè conceptæ
cultus Hyperduliæ.
Diuis Tutelaribus loci huius cultus
Duliæ perennis.



Permiſſu Magnifici D. RECTORIS.

